

**www.e-rara.ch**

**In hoc op ere contenta Apicii Caelii De Opsoniis Et Condimentis, Sive Arte  
Coqvinaria, libri X**

**Apicius, Marcus Gavius**

**Tigvri, Anno M. D. XLII**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: V Q 159

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-198>

Annotationes in decimum librum Apicii Caelii Gabriele Humelbergio medico authore.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ANNOTATIONES IN DECI

MVM LIBRVM APICII CAE

lij Gabriele Humelbergio Medico auctore.



**H**Alieus, id est, ἄλιεύς, piscator. Quo nomine inscriptus est hic decimus & ultimus liber ab Apicio, quod diuersorum tum marinorum tum fluuiatilium & omnigenis piscium conditurae contineat. De quorum omnium facultate in cibario usu Paulus Aegineta sic prodit. Constat omnes pisces, frigidiori humidioriq; temperatura esse. At qui saxatiles uocantur, ceteris sunt meliores: quippe cocti faciles sunt, boni succi, atq; modice humectant, nisi dura fuerit eis caro. Non saxatiliu autem, in pelago degentes, multo discrimine differunt ab ijs qui in limo nutriuntur, aut qua flumina irruunt. Sed omnium pessimi qui uel in stagnis uel paludibus aluntur.

IN CAPVT I.

**D**labotanon.) id est, δία βοτάνων, ex herbis & herbaceum, ἀ βοτάνη, quae herba est: δία uero per uel ex significat.

Saluas.) Lege, salias, hoc est, sale consperges.

Defricium) Vbi inter liquores ponitur haec dictio, pro ea semper leges, defrutum: nisi ratio aliter excegerit pro adiecti alicuius necessitate.

Sartaginem semen.) Lege, sartaginem, coriandri semen.

IN CAPVT II.

**I**N congro.) Conger siue congrus, piscis est inter longos & lubricos, id est, qui manibus labuntur dum tenentur: anguille similis, ad immensam magnitudinem perueniens. Hic tantum ceteris piscibus praestare dicitur, quantum thynnus uilissimis coracinis praefertur. Durae carnis est, auctore Galeno. Stomacho tamen conferre testatur Hicesius. Insuauis tamen est.

IN CAPVT III.

**I**N carnuta.) Legendum, in cornuta. Piscis est inter magnos numeratus a Plinio li. 32. & cornua habet. Vnde li. 9. ait: Attollit cornuta e mari sesquipedalia ferè cornua, quae ab his nomen traxit.

IN CAPVT VI.

**I**N perca.) Perca & marina est & fluuiatilis Aristotelis: quarum marina inter saxatiles habetur & ab Aetio laudatur, percidem eam appellando. Perca nostro tempore etiam appellatur. Quae uero fluuiatilis est, quae

data

dam tenuis similis est perca marinae, quam modo piscem persecū nominant, de quo Ausonius ait: Nec te delicias mensarum perca silebo Amugenos inter pisces dignande marinis. Putamusq; hunc esse quem Germani etiam Perfish, alij æglim uocant: non autem trutam quam phercham siue forlim nominant, ut aliqui putant.

## IN CAPVT VII.

**R**vbellione.) Quos Latini Rubelliones siue rubellos & rubros, Græci erythrinos siue erythricos à colore uocant pisces, pagris similes, authore Athenæo, quamquam minores.

Serpillum.) Serpillum herba est coronaria & odora, à serpendo sic dicta: pulmentarijs rusticis apta, facit ad tormina, iecoris & lienis dolores.

## IN CAPVT VIII.

**I**n murena) Murena piscis est longus & lubricus, similis anguilla, uariis maculis, luteis & nigris, cui nulla sunt pinnae, nec brachia integra, flexuoso corporis impulsu natans, in sicco quoq; repens more serpentum, dentibus malefica & carnuora. Inuenit in hoc animali, ut li. 9. scribit Plinius, documenta seuitiæ Veditius Pollio eques Ro. ex amicis Diui Augusti, uarijs earum immergens damnata mancipia: non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus: sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat. Ferunt aceti gustu præcipue eas in rabiem agi. Tenuissimum his tergus, contra anguillis crassius, eoq; uerberari solitos tradit Verius prætextatos, & ob id multam his dicit non institutam. Optimæ sunt ex hoc genere, quæ à Latinis flutæ, à Græcis plotæ quasi nauigabiles dicuntur, quod in summa aqua fluitantes mergi non possint. Vnde illud Martialis: Quæ natat in siculo grandis murena profundo Non ualet exustans mergere sole cutem. Murena in magnis olim delicijs habita, adeo ut Liciniorum familiæ nomen dederit. Vnde Columella lib. 3. cap. 16. ait: iam celebres erant deliciæ popinales, cum à mari deferrentur uiuaria, quorum studiosissimi, uelut ante deuictarum gentium Numantinus & Isauricus, ita Sergius Orata & Licinius Murena captorum piscium letabantur uocabulis. Pessime habentur quæ circa fluminis hostia degunt, ut inquit Galenus.

Croc magna.) Lege, Crocum magnum, ut de satiuo intelligatur. Nam ut li. 21. ca. 6. testatur Plinius, croci quod radicis bulbo seritur, duplex genus est. Syluestre, & quod latius, maiusq; & nitidius est, satiuū. E croco

crocinum unguentum fit, cuius expressi materia crassa & seculenta, crocomagma uocatur, à croco & magmate quod unguenti sex est & recrementum, nomen habens. Dioscorides lib. 1. ca. 26. ait: Fit crocomagma expressis crocini unguenti aromatis & in pastillos conformatis. Et Plinius libri paulo ante memorati capite 20. inquit. Expresso unguento crocino fit quod crocomagma appellant. Optimum quod odoratissimum & quod gustatum, saliuam, dentes, & linguam ad aliquot horas permanente colore inficit. Crocospares aliquas uires habet: multum enim ex eo in se retinuit.

Ligusticum acetum.) Lege, ligusticum anethum.

Rus siriacum) Legendum, rhus Syriacum. Est autem Rhus frutex cuius semine in opsonijs quondam utebantur, Syriacus cognominatus à regione Syria, ubi adhuc in opsoniorum usu est pro sale impersus. Arabes & uulgus nunc medicorum Sumach uocant. Latinum enim nomen, ut inquit Plinius, non habet. Olim opsonijs, ut dictum est, & corijs, nunc medicinae etiam deseruiens. Hunc aliquos erythron, id est, rubentem etiam uocare tradit Dioscorides, aitq; plantae semen esse quae coriaria rhus appellatur: nomenq; id inuenisse quod coriarij spissandis corijs eo utuntur. Semen opsonijs impersum celiacis & intestinorum torminibus accommodatum. Plinius lib. 24. ait: Eius quae erythros uocatur semen uim habet adstringendi, refrigerandiq; aspergitur pro sale opsonijs, omnesq; carnes cum silphio suauiores facit. Et hic rhus est siue rho quo lib. 6. ca. 21. contra oris ulcera utitur Celsus, & sic etiam apud ipsam Graeca uoce rhus legendum, contra eos qui Latina uoce ros legunt: qui tamen error ab alijs iam explosus est. Similiter & apud Columellam li. 5. ca. 13. & apud Palladium in Martio mense ca. 15. & Caelium Aurelianum pro roris uocabulo rhus legendum censeo. Nam Latina uoce ros Syriacus nihil aliud est quam Hebraeorum manna quae ab alijs mel acreum & saccharum uocatur, & rhu contrarie naturae est, de quo etiam latinus diximus in commentarijs nostris in Serenum.

## IN CAPVT IX.

INlacertos.) Lacertus piscis est, de quo Celsus ait: Piscium eorum qui ex media materia sunt quibus maxime utimur, tamen grauisissimi sunt ex quibus salsamenta quoq; fieri possunt, qualis lacertus est. Meminit huius etiam Martialis hoc uersu, Vel duo frustra rogat cibij, tenuemq; lacertum. Item, Cū sextanu ponitur tibi cauda lacerti. Et, tenui maior coq; dila lacerto.

Zitabis.) Lege, agitabis.

## IN CAPVT XI.

In den-

In dentice.) Dentex piscis est qui vulgo dentalis & Græce synodonis uocatur, forma aurata similis, uerum maior, in cibarium usum receptus: habens dentes serè exertos, unde & nomen: quibus etiam piscatores lædere consuevit.

## IN CAPVT XII.

**A**Vrata.) Quæ & orata ab auri quod oron vulgus dicebat, colore nomen adeptæ est, à quo etiam Græci chrysofryn appellarunt, quoniam aureum superciliū gerat, ut in auratis senioribus apparet. Piscis est, in cibis etiam cōmendatus sapore, & è Lucrino lacu cōcham depastus præ ceteris laudatior nobiliorq;. Vnde in Xenij Martialis ait: Non omnis laudem preciumq; aurata meretur: Sed cui solus erit concha Lucrina cibus. Qui etsi tenerior, durus tamen est, auctore Celso. Hic Sergio Orata nomen dedit.

## IN CAPVT XIII.

**S**corpione.) Scorpio piscis est marinus à similitudine scorpionis terrestris sic dictus. Hic dum manu tollitur lædit ut erythrinus, echeneis & echinus, cœu Plinius li. 32. ait.

## IN CAPVT XIII.

**A**nguilla.) Quæ piscis est longus & lubricus, duas pinnas prope branchias gerens, cui fel in iecore inest, exiguaq; gula, quo in genere neq; mas neq; scœmina est, neq; prolem ex se aliquam procreat. Sed certe ex his nascuntur quæ terræ intestina uocantur. Octonis, ut lib. 9. tradit Plinius, uiuunt annis. Durant & sine aqua senis diebus aquilone spirante, austro paucioribus. At hyemem eadem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida. Ideoq; circa Vergiliæ maxime capiuntur, fluminibus tum præcipue turbidis. Pascuntur noctibus. Exanimes pisciū solæ non fluitant. In cibo dantur omnes quocunq; tempore, duræ namq; concoctionis sunt & humorem uiscidum generant. Lacustres marinis insuauiores sunt & pluris alimentum. Quæ copides uocantur, laudantur, quod ad magnitudinem insignem perueniant. Quas uero scœminas nominant, meliores esse constat, auctore Aristotele libro de historia octauo.

F I N I S.

THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE PRESENT TIME  
BY NATHANIEL BENTLEY

CHAPTER I  
OF THE FIRST SETTLEMENT  
AND THE EARLY HISTORY  
OF THE CITY OF BOSTON  
FROM THE YEAR 1630  
TO THE YEAR 1634

CHAPTER II  
OF THE EARLY HISTORY  
OF THE CITY OF BOSTON  
FROM THE YEAR 1634  
TO THE YEAR 1642

CHAPTER III  
OF THE EARLY HISTORY  
OF THE CITY OF BOSTON  
FROM THE YEAR 1642  
TO THE YEAR 1689

Y I N I S









